Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



265

In iudicii libro. pp̄ter duas dexterarum haberedicitur quia iustus erit. & inimicos illi pinguissimum regis. Cadent
a latere tuo mille & decem milia a dextris tuis; plures sunt qui insidiantur dexterae tuae. Si sunt plures qui insidi
antur sinistre pp̄ter a latere mille cadunt. & a dextris decem milia; ubi enim maior pugna maior est victoria;
pauci insidiantur latere; plures insidiantur dexterae; Quia angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Istum locum diabolus super dno intentatus est. Eo tempore quo tempavit dnm. Si inquit fi
lius dei es mittere te deorsum. scriptum est enim de te quia angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis
tuis. In manibus portabunt te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Diabolus nihil amplius dixit. nisi
hoc. quia angelis suis mandavit de te ut in manibus portent te ne forte ad lapidem offendas pedem tuum.
et iterum ad te dimisit. hic enim dicitur. quia angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis
hoc non dixit ut custodiant te. sciebat enim contrarie se esse. potuerunt enim ei dni respondere. sic custodiant me
dni in omnibus viis ergo & a te custodiantur; tacuit ergo qd sciebat contrarie se esse. & posuit qd posset ut. Vere
diabulus quasi diabulus intentat de saluatore qd dni est de saluatore. sicut dni de saluatore est. ut in psalmo sic intentat. o diabulus de ipso est
qd dicit. precatus quia cognouit nomen meum hoc est gopat precatus filium meum; sic intentat diabulus quomodo quomodo ut intellegis. uidetur sistere sensus.
precatus quia cognouit nomen meum hoc est gopat filium meum. clamauit ad me & exaudiam eum hoc est in die crucis; Cum ipso sum in tribulatione
eripiam eum & glorificabo eum hoc est eum faciam resurgere. longitudine dierum replebo eum hoc est ad annum unum; & hoc intellegam de filio dei. longitu
dine dierum replebo eum, hoc qd sequitur. quomodo stat in saluatore & ostendam illi salutare meum. salutare dei filius dei est. sic ergo de filio dicit.
quomodo potest stare qui a saluatore dei filius est. sic ergo de filio dicit. quomodo potest stare qui a saluatore dei filius est. Vide se ergo
qm male intentatus est diabulus sed fac ut sic intentetur. ut uideris; dixisti. qm angelis suis mandavit de te ut in manibus portent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. dic qd sequitur; quid tacet. super aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis XC
leonem & draconem. ex p̄ dni sunt qui uiui & regnant in secula seculorum. amen.

INCPIT DE PSALMO XCI.

Nonagesimum primum psalmum hosticulo pnotat. psalmum cantici in die sabbati; Si potest dici sabbatum agere: nisi qui sex dies operuerit,
sex dies laborem in dies separat a requiem; Ergo dno cantare non possum. nisi in die sabbati, quia dio peruisus mundi
facium. hoc est sex dies dno cantare non possum; denique dicit in euangelio. non facietis in die sabbati omne opus seruile; quicumque
ergo in sabbato est. & in requiem dni opus seruile facere non debet. hoc est qd ad mundum istum pertinet. sed illud debet opus facere
qd ad sabbatum pertinet, uultis scire qm in sabbato operentur in templo dni sacerdotes. Licet in sabbato cum ea que lignacedere.
Denique unus quia inuentus est in heremo lapidatus est. & occisus est. Deinde non licet ignem succendere. Licet & alia aliquid
operis facere; Uide & sacerdotes qm sacerdotes omnia hec que in mundo alicui facere licet in sabbato sacerdotibus solis licet. Nam
lignacedunt. & ignem subponunt & alia faciunt ministeria & hostias immolant. hostias quare dixit ut ostenda scriptum est.
In lege debere nos cessare & ita in die sabbati a operibus mundi & ea facere quae ad dm pertinent. PSALMUS CXCI CANTICUM
IN DIE SABBATI QUANDO NON OPERAMUR MUNDO CUM OPERAMUR DEO UIDEAMUS QUID NOBIS STEC
TANDUM IN SABBATO QUANDO AMUNDI CESSAMUS OPERIBUS.

Bonum est confiteri dno & psallere nomini tuo altissime, Si dixit bonum est psallere & postea confitere. sed uide ordinem
bonum est confitere & bonum est psallere. primum agere penitentiam & lacrimis de peccata & postea cantare dno.
bonum est confiteri dno. non hominibus sed deo. illi confiteri peccata qui sanare potest. & psallere nomi
ni tuo altissime. Ad adnuntiandum mane misericordia tua & ueritatem tuam per noctem. Diligentem intellegere